UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Martinus Papa M. S. Cunibertus Eps S Nympha V. 12 Nov.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Martinus Papa M. S. Cunibertus Ep. S. Nympha V. 12 Nov.

Præſentia Dei.

O ſtulte, erubeſcit homini dicere, quod in Conſpectu Dei non erubuiſti facere August.

Deus qui neminem in te ſperantem nimium permittis affligi, exaudi preces noſtras & interceſſione B. Martini (S. Cuniberti: S. Nymphæ) precibus noſtris pium præſta effectum Per D. N. [illegible]

Ora pro augmento Caritatis &

1. S.Martinus Papa, factione Sergii Pauli & Pyrrhi hæreticorum, quos Apoſtolico ſpiritu damnaverat captus ſub Conſtante Imp. Conſtantinopolim abductus, in Cherſoneſum ablegatus ob catholicam fidem multis ærumnis confectus vitā finivit, multiſque miraculis eſt clarificatus.

2. S. Cunibertus è Trevirenſi clero ad Colon. Eccliæ regimen venit, is inſignis cultor SS. B. Vrſulæ corpus invenit, cum ſacrificanti in eius Eccleſia columba locum ſepulturæ detexit & ipſe fodiendo ſacrum pignus gaudens è loco humili ſublevavit.

3 S. Nympha V. Romana vidēs quod inſolenti modo idolum Iovis ad preces S. Reſpicij M. corrueret gentiliſmum eiuravit, & Chriſtum confeſſa, martyrio eſt coronata.